



21
Bl. 89



21

VIRVM
NOBILISSIMVM CLARISSIMVM
ATQVE DOCTISSIMVM

DN. ELIAM
FISCHERVM,

VARALLINO HVNGARVM,
SS. THEOLOGIAE CVLTOREM
INDEFESSVM,

STVDIIS ACADEMICIS
CVM LAVDE ABSOLVTIS,

PATRIAM REPETENTEM TERRAM
VOTIS AC OMINIBVS SECVNDIS

L. M. Q.

PROSEQVITVR

SAMVEL SARTORIVS, SS. Theolog. Stud.
CSETNEKINO HVNGARVS.

III. CALEND. APRIL. ANNO O. R. clv cc XII.

VITTEMBERGAE, EX OFFICINA CREVSIGIANA.



HUNGARA terra procul quondam diffusa
per Orbem,
Divitiis amplis armigerisque Vinis;
Fotas Europae partes converterat ad se,
Et festam pompam cuique stupere dedit
Cumque oculos adeo Populi stupor urisit inertes,
Unica prae reliquis *Aurea* dicta fuit.
Claruit ergo diu Solis radiantis adinstar,
Et proprios risit fronte nitente dies.
Gentibus, ast tandem, bellantibus undique septa,
Amisit radios HVNGARA terra datos.
Vnde, velut tabens, cunctis exosa sub Axe,
Nomen probrosum coepit habere satis.
Nec valet ulterius lucem reparare priorem:
Nam clamant omnes *Ferrea* PANNONIA es.
Verum si fatear, vehementer fallitur, eius
Qui tetram speciem iudicat ore levi.
Sit licet illa iacens, videatur et omnibus ima,
Aurea sed tellus defuit haud fieri.
Nempe cui Dominus benedicit desuper usque,
Innumerisque modis sternit ad alta viam:
Quaeque subinde hominum pedibus calcata ferorum,
Vernans florescit sicut amoena Rosa:
Quod maius, Cives non paucos germinat Orbi,
Qui populum doceant erudiantque DEI.
Inter quos etiam Te, *Praeclarissime* FISCHER,
In mundum tulit haec *Aurea* terra piis.
Vtque Tuo demum gauderet Nomine pulchro,
De quo multa fuit mox sibi pollicita:
Tuque deinde bonis potuisses dignus haberi
Ipsius, et magna prosperitate frui:
Numinis ad placitum longinquas misit ad oras,
Riteque Pieridum quaerere iussit opes.

Cui Tu non equidem renuisti mente maligna,
 Terrigenis dubiis moris ut esse solet.
 Tibericus at monitus properanter, ut Hercules Vir,
 Ad iuga tendisti *ivavia Leucoridos*:
 Qua densos Helicon saltus, longosque recessus
 Pandit, et Aoniis defluit Albis aquis.
 Aram doctus ubi mirandam fixit Apollo,
 Nobilis ille DEVM Pegasidumque decor;
 Cinctus et excultis Dryadum Charitumque Coronis,
 Quemque locum Cantu Carminibusque replet.
 Delius iste Tibi venienti, foedere pacto,
 Illico reclusit templa dicata sibi.
 In quae deductum, sacro prius atque liquore
 Perfusum, Socii tradidit Aufoniis.
 Qui sumpto in gremium felicia vota vovebant,
 Et circumstantes *laurea ferta* dabant.
 Ipsaque Calliope centum comitata ministris,
 Te viso sedit sulca micante throno.
 Et de more choris Musarum Carmine parto,
 Pectine tangebatur fila sonora lyrae.
 Inter tot modulus, interque rot ecce canoros
 Plausus, Moeonidum, Civis amate mihi:
 Te docuit longe coelesti Phoebus in Arte,
 Cordaque Gorgoneo perluit anne Tua.
 Postremo lingua Te condecoravit honora,
 Sermonis quo sis eloquique potens.
 O faustus! Patrias poterat quod linquere Sedes,
 Ac Heliconiadum degere in hospitio.
 Quandoquidem laus est peregrinos noscere Soles
 Dulciaque Hesperidum carpere poma manu.
 Sic igitur felix Heros Tyrinthus olim,
 Postquam deseruit limina chara Patris:
 Invidia quamvis frendente, volavit in Aura,
 Et virtute graves exuperavit Avos:
 Taliter et reliqui, quorum pes Regna petivit
 Extera, post annos obtinere bonos.
 Plura quid hic memorem, video cum Cunctipotentis
 Aligerum Te iam velle vocare *domum*.
 Et pro tam valide passo sudore laborum;
 In patriis oris *digna brabea* dare.
 Quod sane haud modicum, fateor, nos recreat omnes;
 Sed tamen afflictos nos magis hocce facit.
 Nimirum linquis dum doctas hasce Camoenas,
 In quibus perpetuo Cantica blanda sonant.
 Desinis incolere et *Virtembergensia* rura,
 Purpureo quae nunc gramine tota virent.
 Hic ubi nos magnus sociaverat ardor amoris,
 Vinxerat et nexu pectora nostra suo.

Viximus, ut dicam, simul hic non tempore multo,
 Ast etenim bene sat viximus hiecc simul.
 O si nos semper pateretur Conditor una
 Vivere, vel saltem Vere rubente novo!
 Vndique dum Zephyri lentim spirare secundi
 Incipiunt, ac hinc horrida pergit hyems:
 Dum Cytherea cohors Nympharum ludit in Arvis,
 Floribus et croceis omne coronat iter:
 Dum variae volucres concentibus aera mulcent,
 Et sylvas nemorum duraque Saxa movent:
 Denique cum redeunt solemnia gaudia Mundo,
 Vulgus et exultans *Io Meliboee* canit.
 Sed fecus esse nequit, Tua nam sic fata requirunt,
 Vt repetas Patriam Parthenopemque celer.
 Quare non poterit retineri concava Cymba,
 Iam iam quae Civem Te rapit inde meum.
 I bone, sic IESV quando placet, i pede fausto,
 Et mala progressum non remoretur avis.
 I, quia Te gaudens expectat Patria terra,
 Et tanquam Natum pascere lacte cupit.
 Fac tamen interea referas hinc Aurea poma,
 Quae tibi donavit Pallas in Arce Iovis.
 Scilicet illa DEI, supero Dominantis Olympo,
 Dogmata, nulli non anteferenda rei.
 Cernet enim gratum tali Te foenore puro,
Hungaricus Coetus, sanctaque Sponsa DEI.
 Quae modo non paulum Fanatica Monstra veretur,
 Ornata in facie Relligione vafra.
 Eius namque torum tentant accedere svavem,
 Illius et vultum commaculare sacrum.
 Haec Tua dum Virtus novit, *Clarissime FISCHER*,
 Ne sponsam *CHRISTI* labe notare finas.
 Ast aliis iunctus, vera pietate probatis,
 Eiiice Pannonio talia Monstra solo.
 Tunc certo capies laudis praeconia summa,
 Atque tuum Nomen secula cana scient,
 Et DEVS altisonans pariter probitatis amator
 Verae, Te secum ducet ad astra, Vale!



Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





VIRVM
 NOBILISSIMVM CLARISSIMVM
 ATQVE DOCTISSIMVM
 DN. ELIAM
 FISCHERVM,

VARALLINO HVNGARVM,
 SS. THEOLOGIAE CVLTOREM
 INDEFESSVM,

STVDIIS ACADEMICIS
 CVM LAVDE ABSOLVTIS,

PATRIAM REPETENTEM TERRAM
 VOTIS AC OMNIBVS SECVNDIS

L. M. Q.

PROSEQVITVR

SAMVEL SARTORIVS, SS. Theolog. Stud.
 CSETNEKINO HVNGARVS.

III. CALEND. APRIL. ANNO O. R. clb lcc XII

VITTEMBERGAE, EX OFFICINA CREVSIGIANA.



oftra, futuri,
 haeret
 oris
 is
 t.
 nes.
 remotis
 en.
 ste fruuntur,
 r, ut cynofura,
 et
 pa
 it
 m
 ec
 di
 nis
 no
 oc
 u
 a
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100